



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Manuale Exorcismorum**

**Eynatten, Maximilien de**

**Antverpiae, 1626**

Benedictio Panis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40734**

## Benedictio PANIS.

*Vers.* Adiutorium nostrum in nomine  
Domini. *Resp.* Qui fecit cælum & terram.

*Vers.* Dominus vobiscum. *Resp.* Et cum spi-  
ritu tuo. Oremus.

**D**omine sancte, Pater omnipotens, æ-  
terne Deus, benedicere digneris huc  
panem tua sancta spirituali benedictione: ut  
sit omnibus sumentibus salus mentis & cor-  
poris, atque contra omnes morbos, & uni-  
uersas inimicorum insidias, tutamen. Per  
Dominum nostrum Iesum Christum fi-  
lium tuum, panem viuum, qui de cælo de-  
scendit, & dat vitam & salutem mundo: &  
recum viuit & regnat in unitate Spiritus  
sancti Deus: per omnia saecula saeculorum.  
*Resp.* Amen. *Aspergatur Aqua benedicta.*

Benedictio AGNI & ALIA-  
RVM CARNIVM.

*Vers.* Adiutorium nostrum in nomine  
Domini. *Resp.* Qui fecit cælum & terram.

*Vers.* Dominus vobiscum. *Resp.* Et cum spi-  
ritu tuo. Oremus.

**D**eus, qui per famulum tuum Moysen,  
in liberatione populi tui de Aegypto  
agnum occidi iussisti in similitudinem Do-  
mini nostri Iesu Christi, & utrosque postes  
domo-